

Alte Drucke

**SERMONES || D. Guarrici Abbatis Ignia-||censis, magni illius
Bernardi olim discipuli, mul=||ta pietate ac eruditione
differti, iam recens ad || ...**

Guerricus <Igniacensis>

Lovanii, 1555

REVERENDO IN Christo Patri ac Domino, D. Philippo ab Hofden, monasterij
diuae Gertrudis apud Louanienses Abbati, atque eiusdem Academiae
priuilegiorum conseruatori vigilantissimo, Ioannes Costerius ...

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150379

REVERENDO IN

Christo Patri ac Domino, D. Philippo ab Hof-
den, monasterij diuæ Gertrudis apud Loua-
nienſes Abbati, atque eiufdem Academiæ
priuilegiorum conſeruatori vigi-
lantiffimo, Ioannes Co-
ſterius S. D.



*N*ihil unquā ex omni ſui parte ita fuiſ-
ſe perfectum, quod non temporis pro-
greſſu deprauatum ſit, quum multis
e rebus, tum verò potiſſimum ex illuſ-
trium virorum ſcriptis indies vide-
re licet vir ornatiffime: vt planè ve-
rum ſit quod à nemine nō dici ſolet, temporis edacitate
omnia conſumi, euerti, vorari omnia atq; conſumi Quo-
tus enim quiſque eſt veterum ſcriptorum, ſiue illi Ec-
cleſiaſtici ſint ſiue prophani, qui iam nō ſint laceri, con-
taminati, corrupti? Fecit hoc imprimis librariorū quo-
rundam inſcitia, fecit multorū, qui ſibi ſcioli videban-
tur, execranda temeritas: qui de rebus ne per ſomniū
quidem ſatis ſibi notis, cenſoriam virgulam vindican-
tes, dum ea que non intelligūt, pro ſuo ingenio quo vo-
lunt trabunt ac retrabunt, inſuſas ac ridiculas nenas
protulerūt: pro gniſſis nimirū ac præclaris gemmis nil
niſi vitrum, vt in prouerbio eſt, pro auro plumbum ac
inutilem ſcoriā (ſi ſuperis placet) obtrudere nobis vo-
lentes. Quare mihi quā optime de re literaria ac ſtu-
dioſis omnibus mereri videntur, ij quorum in id potiſ-
ſimum ſtudium incumbit, vt pro viribus ad veterum
codicum collationē optimos quoſq; ſcriptores corrigāt,

A ij caſtigent,

castigent, emendēt: præsertim verò eos, quorum est &
maior eruditio, & vsus crebrior, & vita olim sanctior
fuit. Id sanè si vnquā alias, iam multò maxime vt fiat,
necessarium reor: quum hac ætate multorum tam sint
emunctæ nares, tam fastidiosum palatum, vt si quid
offendant, quod minus placeat, si sententia obscurior, si
locus hiulcus, si vox parum latina, si quid non suo positi-
um loco, statim quod in manibus habent, magno cum
fastu ac nauseabundi reiectant. Præclaram igitur, vt
dixi, neque vnquam satis laudatam operam nauant, qui
vt huic vomitæ medicas manus apponant, nullas sibi
vigilias, nullumque laborem fugiendum ducunt. Qui
sanè labor quàm sit grauis, difficilis, ac tædij plenus,
nemo est qui sciat, nisi is qui in hoc sese pistrinum se-
mel coniecerit: vt interdum in eam opinionem addu-
car, minori negotio ab authoribus libros primum fuisse
se conscriptos, quàm corruptos postea in primam inte-
gritatem posse restitui. Vt interim taceam, quàm ea
res multorum sit obiecta calumnijs: qui quum nihil per
se præstare aut possint aut etiam velint, hoc vno præ-
clare sibi docti videtur, si falcem suam in alienam mes-
sem emittant: hoc est, si aliorum præclaros labores lau-
datasque vigilias canino dente arrodant. Inde fieri pu-
to, vt per paucos quoque inter doctos nunc esse videam-
us, sint qui hanc palæstram subire velint: quod non
tantum in se emolumenti & gloriæ, quantum sudoris
& calumniæ habeat. Verum enimvero quicquid hic
difficultatis molestiarum ac laboris, is facile vorat,
qui sciat neminem sibi natum, plurisque a se commune
quàm priuatum commodum fieri debere. Ego igitur
nuper ab eo opere quod tum in manibus habeam alio
quamdiu

quamdiu cessare compulsus, ne interea nihil facerem,
 D. Guarriici Igniacensis quondam Abbatis pias sanè ac
 eruditae conciones legere cœpi: vt quod olim animus
 parturierat, data oportunitate, tanquā maturum iam
 factum in lucem proferrem: nimirum vt ea quæ in hoc
 autore obscurata ac deprauata forent, veterum libro-
 rum subsidio, nostra opera, quoad fieri posset, clariora
 ac puriora redderentur. Quæ in re quid à nobis præsti-
 tum sit, aliorum esto iudicium: ego tamen neminè cui
 vel parum est frontis, tam iniquum futurum existimo
 iudicem, vt nostrum qualemcumque conatum prorsus
 damnare velit, si modò ea quæ nunc in lucem damus,
 cum reliquis exemplaribus, quib⁹ hactenus vsi sumus,
 conferre volet. Cæterū quod hūc recognoscendi Guar-
 rici laborem potissimum subire voluerim, quum alia
 multa, tum in primis viri huius insignis eruditio atq;
 sanctissima vitæ me ad hoc inuitauit: de quibus nō est
 necesse vt hic multa superuacaneo labore conscribam,
 quod vtrumq; ex scriptis suis tanquā ex viua sui ima-
 gine clarè ac perspicuè videri possit. Neque enim aut
 verius aut absolutius hominis cuiusque simulacrū,
 quàm in ipsa eius oratiōe apparet. Fuit enim is, vt obis-
 ter hic pauca perstringā, sanctissimi viri Bernardi Cla-
 reuallensis Abbatis sanctus quondā discipulus: cuius
 & dicendi & viuendi normā tāta est felicitate sequen-
 tus, vt ab illius vestigijs ne latum quidem culmū ab-
 errasse videatur. Tanta verò ingenij & puritate &
 acumine præditus fuit, vt quicquid in diuinis literis
 implexius ac nodosius reperisset, leui admodum nego-
 tio perrumpēs, abditos atque arcanos scripturæ sensus
 in lucem proferret: vt hoc vno planè nobis testatum se-

A iij cerit,

eerit, se à sponso in cellam inductum fuisse vinariam,
atque de Sapietie diuine cratere plenos haustus bibisse,
se, cuius ex ore tantum nectaris ac mellis promanarit.
Quod porro ad ipsam dictionem attinet, ea omnino neque
barbara est neque inculta: sed tersa, sed lepida, & ap-
tissima vbique compositio, numeris plerumque ad or-
natum pulchrè adstricta: vt ea qua vsus est eloquentia,
neque extorta, neque emendicata, sed cognata homini
videri possit. Delituit aliquandiu, nemini nisi Deo &
sibi notus: post ob insignè vitæ sanctimoniam ac doctri-
næ famam, ex vmbatica & solitaria vita ad lucem protrax-
tus, Igniacensis monasterij gubernaculis est præfectus.
Est is locus haud procul à Remensium oppido, D. Ber-
nardi studio, qui tanquam feracissima in Christiana
Ecclesia vitis, palmites suos quaqua versum diffunde-
bat, olim exstructus. Quanto verò animi feruore, quan-
tisque curarum, & studiis rudimenta & incunabula (vt
sic dicam) sancti Gregorius, quæ iam dudum isthic aus-
piciis cœperat, fouerit, auxerit, exornarit, id sanè ex
his ipsis concionibus, quas domi apud commissas sibi ouis-
culis declamauit, adeo perspicue videre licet: vt si vel
de hac re vel de cæteris eius præclaris dotibus plura
hic dicere velim, frustraneam ac inanem prorsus sine
operam nauaturus. Incredibilem enim vbique animi
modestiam refert, ad virtutis incitamentum fortissi-
mos habet aculeos, castimonie cumprimis maximus
cum encomiastes, tum cultor. Verum vt orationem ad
te desectam vir ornatissime, hunc nostrum qualemcum-
que laborem tibi visum est nuncupare: partim ob exi-
mias animi tui dotes, quæ passim plenè (quod aiunt)
buccis à plurimis celebrantur, tum vt semel vel aliquo
symbolo

Symbolo animi mei erga te voluntatem ostendam, qui
 non me solum, qui nihil sum, sed quoscumque etiam li-
 terarum cultores singulari ac raro animi tui candore
 amare atque amplecti soles: maximè verò postquam ad
 hanc dignitatè, quo te tua virtus vocabat, fuisti eue-
 ctus. Accipies igitur, quæ tua est humanitas, quod of-
 ferimus, læta & exporrecta fronte, persuasum habes,
 ut quantumvis per quàm exiguū sit, quod ad te venit,
 ab animo tamen tui amantiſſimo atque obseruantiſſi-
 mo fuisse profectum. Opto te in Christo valere quàm
 felicissimè. Louaniꝝ ex Monasterio nostro Mara-
 tiniano, Anno Domini. 1555. pridie
 Calendarum Maij.

A iiij SER-

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]